Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

cum audierit legerit. & tunc videbunt filium hominis venientem
in nube cum potestate magna & maiestate. Ipsum prorsus accipiat eius
adventum non per ecclesiam sed per seipsum. quando venturus est. ad uiuos &
mortuos iudicandos. sed quoniam scripturae scrutandae sunt. Nec earum super
ficie debemus esse contenti. quae ad exercitationem nostram modificatas
ut altius saepe eas uel uellint diligenter sunt inspiciendae sequentia.
Cum enim dixisset. & tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum
potestate magna & maiestate. Adiunxit atque ait. Hi autem fieri
incipientibus: Respicite & leuate capitaua uestra. quoniam adpropinquat re
demptio uestra. & dixit illis similitudinem. Uidete ficulneam & omnes
arbores cum pducunt iam ex se fructum. scitis quoniam prope est aestas. Ita &
uos cum uideritis haec fieri. Scitote quoniam prope est regnum dei. cum ergo
die. Cum uideritis haec fieri quae intellegere poterimus. Nisi ea quae
supra commemorata sunt. Iuhis est. & iam quod ait. Et tunc videbunt
filium hominis venientem in nube. cum potestate magna & maiestate.
Proinde & iam hoc cum uisum fuerit. Non iam erit regnum dei. sed propterea
hunc ordinem uidemus & duos alios euangelistas tenere. Apud marcum
enim cum dictum est. & uirtutes quae sunt in caelis mouebuntur. & tunc
inquid uidebunt filium uenientem in nubib: cum uirtute multa & gloria.
Deinde subiungit quod lucas non dixit. & tunc mittet angelos suos
& congregabit electos suos. a quatuor uentis. a summo terrae usque ad
summum caeli. tunc quod ille de ficu & de aliis arboribus: iste de sola ficu
ponens. Ficua autem discite inquid parabola. cum iam tenera eius tener
fuerit & nata fuerint folia. cognoscitis quia in proximo sit aestas. sic &
uos cum uideritis haec fieri scitote quod in proximo sit in ostiis. quid est
cum uideritis haec fieri. Nisi ea quae supra dixi. Inquib: est & iam illud
quod ait. & tunc videbunt filium hominis venientem in nubib: cum uirtute
multa & gloria. & tunc mittet angelos suos & congregabit electos
suos. Non itaque tunc erit finis. sed tunc erit in proximo. Audiendum est.
Non omnia quae supra commemorata sunt. esse. intellegenda. ubi ait.